



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1740. usque ad annum 1742

Fleury, Claude

Augustæ Vindelicorum, 1787

VD18 90119649

§. 11. Præfati summi Pontificis querelæ contra dictam Hungariæ Reginam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67882](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67882)

Sæc. XVIII. vero eis significaretur, hanc solemnitate-
A. C. 1741. tem, si eam in præfata Ecclesia haberi
 tergiversarentur, omnino in Vaticano
 esse celebrandam, acquirere omnes
 unde in dicto templo hæc festivitas cum
 ingenti pompa peracta fuit, effigie Pon-
 tificis dextro, & illa Reginæ sinistro la-
 tere palam exposita.

§. XI.

*Ejusdem summi Pontificis querela
 contra præfatam Hungariæ
 Reginam.*

Quantumcunque ingens esset summi
 Pontificis benevolentia erga Ha-
 riam Theresiam Hungariæ Reginam
 atque Austriacam Domum, potior ta-
 men in eo erat cura, ut antiqua Sæ-
 Apostolicæ jura contra quoscunque la-
 bata servarentur. Firmiter sibi cum
 Prædecessoribus persuasum habebat, ta-
 nime controversum jus Romanæ Eccle-
 siæ competere in Parmam & Placen-
 tiam, hosque Ducatus sibi tanquam
 supremo Domino beneficiaria lege in-
 jectos esse: quamprimum ergo competi-
 tum habebat, quod Parmenses æque
 Placentini nomine Hungariæ Reginæ
 tanquam hæredis Legato hanc in re
 deputato fidelitatis homagium præstare
 compulsi fuissent, Apostolicæ Sedis ju-
 ra

juribus grave vulnus inflictum ratus, Sæc. XVIII.
A. C. 1741.
die sexta Aprilis congregatis Cardina-
libus ingentem suum inde conceptum
dolorem his verbis exposuit.

VENERABILES FRATRES!

„Non ita pridem cum ingenti nostro
„fastidio percepimus, quod Mariæ The-
„resie Hungariæ ac Bohemiæ Reginæ
„nostræ in Christo dilectissimæ Filie Ad-
„ministri præstandi homagii formulam,
„unacum modo illud excipiendi conce-
„perint, ac publicis typis vulgarent, &
„demum Parmensis & Placentini Duca-
„tus Deputati, sicut & alii, qui quoad
„utrumque hunc Ducatum Romanæ Se-
„dis Vasalli ac clientes sunt, in ipso e-
„tiam Ducali Palatio non sine magna
„solemnitate convenerint, & præsentibus
„Nobilitate & Magistratu, nomine
„ejusdem Reginæ tanquam Parmensis
„& Placentinæ Ducis, fidelitatis jura-
„mentum sibi exsolvi curarint. Primus &
„publicus hic est impetus, quo indubi-
„tata sacræ Sedis jura ab eo tempore,
„quo sine nostris meritis Apostolicæ ser-
„vitutis onere gravati fuimus, concussa
„fuere; est autem hæc ipsa concussio
„ejus naturæ, ut nobis imperare haud
„potuerimus, quin non Vobis de illa hoc
„in loco notitiam communicemus:
„Christo Domino, supremo Pastori de

B b 3

„Ec-

Sæc. XVIII. „Ecclesiæ Patrimonio, eique annu
 A. C. 1741. „bonis Ecclesiasticis rationem reddere
 „tenemur, ac probe memores sumus
 „eorum, quæ sub nostris felicis reco
 „dationis Prædecessoribus Clemente XII
 „Innocentio XII. & Benedicto XIII. co
 „ca prætensam investituram acta fue
 „nota nobis etiam sunt ea omnia
 „quæ gloriosissimæ memoriæ Cleme
 „XII. Pontifex Maximus tam post No
 „bilis Antonii Farnesii mortem, quæ
 „post Cæsarei exercitus invasionem
 „hos Ducatus egerat: horum erga
 „gnorum Pontificum vestigia firmè
 „premere, eorumque principia sequi
 „Nobis vel maxime incumbat, Vos Ve
 „nerabiles Fratres, omnino per
 „esse cupimus. Nos omnia, quæ
 „tra fas ac nulliter hac in causa
 „attentata, omnino ac solemnitè
 „probaturos, simulque Apostolici
 „stri officii auctoritate jurame
 „hac super re injuste ac illegitime
 „stitum ac susceptum, pro nullo, im
 „& tanquam non præstito declaratur
 „Venerabiles Fratres, in gravis
 „negotii, ponderis ac amaritudinis
 „tem nobiscum venite, vestras or
 „nes nostris jungite, nobiscum
 „stras manus ad cælum attollite, r
 „gantes Omnipotentem Deum, ut
 „hæreditatem suam respicere, eamq

„a sublimi suo solio defendere velit. **Sæc. XVIII.**
 „Nos vero interim, ne Apostolico no- **A. C. 1741.**
 „stro muneri desimus, prout nobis de-
 „super die undecima Novembris infi-
 „nuatum fuit, Ordinario S. Sedis Nun-
 „tio necessarias dabimus informationes
 „& mandata, cunctaque cetera magis
 „opportuna adhibebimus media, spe
 „freti, Deum Patrem misericordiae no-
 „stra consilia ac labores prospero suc-
 „cessu secundaturum.“ Nec hic stetit
 hujus Pontificis solertia; sed insuper
 contra præfatam homagii præstatio-
 nem Viennæ solemniter reclamari jus-
 sit, simulque apud Hispaniæ Regem
 precatus est, ut mutatis temporum
 circumstantiis Ecclesiæ bono in suis
 regnis prospicere vellet. Præterea
 Benedictus Pontifex ad Cardinalem
 Fleuryum Franciæ Regis Administrum
 literas dedit, in quibus de Ecclesiæ ju-
 ribus tam aperte violatis amare questus
 abs dubio Italiam cruento bello deva-
 statum iri prænuntiavit, rogavitque, ut
 imminentes calamitates potenti suo pa-
 trocinio apud Franciæ Regem interpo-
 sito præverteret. Ceterum hoc nego-
 tium Pontifex tanta prudentia ac mo-
 deratione agitabat, ut toto regiminis sui
 tempore hæc controversia pene sopita
 crederetur, & primum regnante Cle-
 mente XIII. in apertas erumperet flam-
 mas,

B b 4

mas,

Sæc. XVIII. mas, non sine maximo Sedis Apostolicæ
 A. C. 1741. cæ fastidio ac decremento.

§. XII.

*Ejusdem summi Pontificis humanitas
 erga devios a veritate.*

Inter alias excelsi animi dotes præcipue in Benedicto XIV. Papa eminentiora ejusdem moderatio ac humanitas, qua, etsi errorum hostis esset impetabilis, erga errantes se vel maxime innoxios, facilemque semper exhibuit hinc frequens illi erat epistolare commercium cum Protestantibus, præsertim eruditionis fama inclytis, quos moderatione, expositæ veritatis potestate & christiana tolerantia ad rectam sententiam revocare nitebatur. Paternam pietatem miserationis lacrimis identidem deplorabat pertinaciam illorum, & misere decepti obfirmato animo Quærellicianæ factioni adhæserunt; horum paucos literis apostolica unctione ad erroris agnitionem reduxerat, & que tandem omnes ad Christi ovile convocaret, ipsum Ludovicum XV. Franciæ Regem, ut fertur, datis literis impense hortabatur, ut adversus sacrosanctos, qui Constitutionem *Unigenitus* (tametsi tamen periculosos motibus) acceptas renuerunt, severiores pœnas non applicaret.